OTTO FRISINGENSIS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 69v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26044
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Gregorius romane ecclesie pontifex. anno ipsius mauricii xiii. indictione xiii. sinodum episcoporum xxiiii ad corpus beati Petri congregans de necessariis ecclesie decernit. Idem missis britanniam augustino mellito et iohanne et aliis pluribus cum eis monachis timentibus deum ad christum anglos convertit. Et quidem edilbertus rex cum gente cantuariorum est per eum ad christi gratiam conversus. Et exinde provinciis doctorem suum augustinum et ceteros sacerdotes viros episcopali sede donabat

(decem enim reges ei filio ac pactu perempti fuerant)

suorum penas luens, primo dum a clotario rege caudis indomitorum equorum alligata, finem vite miserabilem fecit. nobisque exemplum inmanitatis eius fugiendi reliquit. At mauritius cum a persecutione beatissimi pape Gregorii non cessaret xviii. imperii sui anno videt in somnis virum monachico habitu indutum. gladium habentem in manu terribiliter ad se venire ac eum moriturum pronunciare palam. Quo viso, perculsus culpam suam recognoscens tam summo pontifici Gregorio quam aliis episcopis atque ceteris solitariis quoque scripsit ut deo pro eo exorato quatinus in presenti et non in futuro penas peccatorum suorum solveret impetraretur. Ipse quoque multis lacrimis idem deo commendabat. Cumque deus ad peticionem ecclesie imperatorem exaudire vellet vidit in somnis se coram crucifixo apud eneam palacii portam stare vocemque terribilem audire. Date mauricium. Et item. Ubi vis reddam tibi mala que fecisti. Hic an in futuro. Cumque ille respondere[t] non in futuro. iussit eum cum uxore et liberis foce tradi. Mane facto phylippico genero suo ad se vocato. narratoque sompnio. si focam cognosceret requirit. Cumque ille audisset paulisper secum delibans. vivens est inquit et temerarius. Nunciique quos ad servos dei miserat similia visionum responsa reportabant. Porro exercitus a mauricio missus. cum ob eius avariciam fame laboraret in seditionem versi focam imperatorem creant. Quod audiens mauricius ac exitum sicut narrato praesagiens. fugit. Quem focas insecutus iuxta calcedonam. cum uxore ac filiis. culpam suam humiliter recognoscentem secundum quod viderat in somnis. anno imperii sui xx. i. decollavit. Fertur quod decollato eo. lac quod indulgentie signum a domino invenitur cum omnium cum sanguine effluxit. VIII.

Anno ab incarnatione domini dc. viii. Focas lxv. ab augusto imperium sortitur habens uxorem leontiam nomine. Hic primo patricii cuiusdam strator. post miles. ad ultimum imperator fuit. Anno imperii eius ii. Gregorius beatissimus papa. qui verbo et exemplo civitatem dei plurimum illustraverat scriptorum suorum dulcissima relinquens monumenta migravit ad dominum. Atque tercius Bonifacius impetravit a foca ut ipsius auctoritate caput omnium ecclesiarum diceretur romana ecclesia. Nam cum constantinopolitana se primam putaret propter regni sedem ibi translatam scribebat tunc temporis. Post hunc alius bonifacius iiii. a beato Gregorio. precibus ab eodem augusto obtinuit ut templum a domitiano imperatore constructum quod pantheon vocabatur ecclesie dei datum in honore omnium sanctorum dedicaret. His diebus Cosdroas persarum rex orientem pervagatus multas romanis provincias abstulit ac vivifice crucis vexillum ab hyerusalimis asportans. in

Apud yspanias betdierico mortuo. sidebutus succedit in regnum vir sapiens. cuius tempore firmatum est regnum gothorum in yspania in mari litora usque pirrenos montes.